210.

Landgraf Hermann I. vergleicht sich mit dem Abte Heinrich von Hersfeld wegen einiger hersfelder Lehen, wegen der Vogteiansprüche und der Münz- und Zollrechte in Breitungen. Vergl. No. 209.

121[5?].

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das S., an Pergamentstreifen, = Taf. XI. 5. Phot. II. St. A.
Gedr.: Kuchenbecker, Anal. Hass. 12,333.
Anm.: Ind. 3 weist, wie die zugehörige Urkunde No. 209, auf das Jahr 1215 hin. Nach letzterer wurde die Entscheidung am 8. Sept. 1215 zu Würzburg vor dem Kaiser getroffen. Die Zeugen der Urkunde stimmen mit denen von No. 209 überein, doch fehlen 10 von den dort aufgeführten 20. Der gekürzte Text und die Datirung lassen erkennen, daß No. 209 derselben zur Vorlage gedient haben, wenn nicht, worauf die gleich fehlerhafte Datirung in beiden Dokumenten hinweist, höchstwahrscheinlich anzunehmen ist, daß beide zu gleicher Zeit in Würzburg entstanden sind.

Hermannus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Notum sit omnibus | hanc paginam inspecturis, quod nos una cum filiis nostris annitentibus familiaribus et amicis nostris cum domino Heinrico Hersfeldensis ecclesie abbate sub hac forma concordavimus. Dominus abbas de consensu conventus et familię suę nobis beneficium Diterici de Seburg porrexit et trecentas marcas nobis solvit. Cloboco quoque et beneficium comitis Ottonis nobis concessit, ita de beneficio comitis Ottonis compromittentes, ut sine omni simulatione bona fide ad conservationem eiusdem feudi nobis invicem cooperemur. Si vero deficiente iure dominus abbas in eisdem beneficiis nobis warandiam facere non potest, beneficium estimationis c marcarum, quod primum sibi vacare ceperit, nobis in restauro conferre debet. Nos proinde et filii nostri totaque nostra successio omni impeticioni, qua ecclesiam ratione advocacie videbamur impetere, renunciavimus et, quicquid in Breitingin sive moneta sivi theloneo, quod sui iuris erat, nobis usurpaveramus, remisimus, sincera fide pollicentes, quod sine intermissione illius ecclesie simus defensores, ab omni gravamine, quo hactenus per nos eadem gravata est ecclesia, nostrum revocantes animum et nostros retrahentes. Ut hec firma serventur, paginam sigillo nostro signantes testes annotari fecimus. Testes sunt hii: Heinricus comes de Stalberg. Burkardus comes de Luterinberc. Gotescalcus de Plesse. Albertus et Siboto fratres de Frankinstein. Ludewicus de Wangeheim. Hugo de Sumeringen. Iohannes de Heruerisleiben. Hug et Ludewicus de Alminhusin et alii multi tam de familia Hersfeldensi quam de nostra. Actum anno domini ᴍ̃. cc. xvı̃., indictione ıı̃ı.

(SFR.)

211.

König Friedrich II. nimmt das Kloster Walkenried in seinen Schutz und bestätigt dessen Privilegien. — Zeuge: Markgraf Dietrich. **Würzburg, 1215 Sept. 11.**

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S., an grünen, gelben und rothen Seidenfäden, = Heffner VI. 46.
Gedr.: Urkundenbuch für Niedersachsen 2,74. Böhmer-Ficker 829.

— — Huius rei testes sunt: Sifridus Moguntinus archiepiscopus apostolice sedis legatus. Heckebertus Bauenbergensis episcopus. Fridericus Haluerstadensis